1602. 6. Obris  Ex Ms Arch: Sta: Ceu: Regis.

57

# Rudolpho Sigismundus Rex.

Accepimus literas Mattis Vrae quibus ad nos de Valachia scribit, eam illam esse Provinciam, et in potestatem Mttis Vrae á Raidulio Waiwode de integro redactam, proptereaque ne á Polonis, aut aliis vicinis turbetur, eius et nostra Mttis Vrae interesse ostendit. Nihil temere Serenissime Princeps et absq causa vel á nobis, vel á nostris susceptam esse voluimus in iis maximé rebus quae MVC concernant. Cum enim uti cognatum et affinem nostrum charissimum observamus, proptereaqué illi omnia exoptamus. Verum quod attinet Valachia, quam nostri Transalpinam vocat, Sciebamus nos quidem illam Juré tributariam fuisse in eaqué Waiwodam, pro ipsius libidine constitui destituiq solitos, proximequé adeo Michaëlem ab ipso constitutu fuisse. Atqué is quidem qualem se erga nos Regnumqué nostrum et ditiones nostras gesserit notissimum esse MV: non dubitamus; idqué á nobis saepissimé demonstratum fuit, notissimae enim sunt eius fraudes ob quas ad exercitus MV: Duce vita privari commeruit. Eo igitur ab exercitu nostro profligato et é Valachia pulso, ita sane fuit Provinciae illi constituta á nobis, ut non modo nostris, verum Christianis etiam rebus hoc praesertim rerum statu praesenti non male consultum videri potuit. Praefectus erat illis Simon Moldavus, qui pacem cum Turcis colendo

nra

nostram nihilominus authoritatem respiceret, verum quod is inde amotus sit, illique Radulus quidam M.V. et ipse scribit voluntate substitutus, et quidem re prius nobiscum non communicata, quam erga nos amice, quam e re Christianitatis ipsius, quam adeo M.V. illud factum sit, Maiestati Vestrae iudicandum relinquimus. Quae etiam in re fuit a quibusdam non postremis nostris viris ex Aula Mattis Vrae in eo negotio temperamenti cuiusdam interponendi motum, quod dum nos expectamus prius pulsum esse ex Valachia Simeonem cognovimus, quam eiusmodi esset illud temperamentum intelligere potuerimus. Deinde vero consequenter non absque dolore commemorari poterunt. Perfertur ad nos magnam copiarum Raduliae partem a Tartaris concisam, ipsum Chaminum cum ingenti exercitu in Valachiam assumpto Simeone penetrasse, ita ut verendum maxime sit ne vel Simeon a Tartaris constitutus, in illorum sit totus potestate, qui antea nostra authoritate nitebantur, vel alioquin Provincia illa tota a barbaris occupetur. Quae res quantum Christianissimae universae nobisque et ditionibus nostris, quantum ipsi M.V. incommodi sit allatura facile est cuivis iudicare. Quod ad nos attinet cum de omnibus rebus gravioribus

com-

58

communicandum nobis sit cum Senatoribus nostris idem nobis quoque erit in ea causa faciendum ac demum per literas, vel per Nuntium Mattis Vrae sufficienties respondendum. Quod ut in bonam partem accipiat á M. V. amicé postulamus. De cetero M. V. C. felicissime valere cupimus. Cracoviae Die 6 Octobris Anno 1602.